



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

VI. Maior sum suis perpetuis Flacianorum calumnijs obnoxius, scriptum de  
iustificatione edit. (Testamentum vocat.) & non multo post moritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO  
1569.

Flaciani  
conantur à  
se remoue-  
re famam  
dissipati  
Colloquij.

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

perant, in perpetuum sublata esse videatur: Cum verò Maioristarum scripta, quæ diximus, de causis soluti colloquij passim volitarent, Flaciani minimè dissimulandum putabant iniuriam, quam irrogari sibi spargendis huiusmodi scriptis arbitrabantur. Respondent igitur confestim arrepto calamo, & rationes omnes diluunt, quibus ad excusandam fugam Electoris Theologi vtuntur. Omnem verò culpam turbati colloquij rejiciunt in aduersarios, quos panicis terroribus, vel subita animorum consternatione percussos in colloquio dicunt perdurare non potuisse. Interim eos exuto pudore prædicare delicta sua, sibi que probrum, quod admiserint, in Dei hominumque conspectu laudi ducere, adeoque gloriari, quasi fugiendo scilicet insignem sint victoriam consecuti: ex cancellis, inquit isti imperterriti heroës & pugiles saltum faciunt, atque extra eos suis in cauernis vociferantur, Io pæan, Io victoria, Io triumphus. An non censes, præclare istos heroes certasse, victoriam que reportasse, quia porta egressi sunt? Potestulant igitur sibi iam coronam & brauium decerni.

## VI.

Autoris institutum.

Hæc de Colloquio Altenburgensi, quod bono principum affectu ad faciendam inter Lutheranos concordiam institutum fuit, inferenda duxi; paulò futius illa quidem, fateor; verum meminerit Lector, me non Maioris solum, sed & Maiorismi, quem vocant,

cant, historiam ex instituto scribere. Itaque ANNO  
 prætereunda non fuit præclaræ illius actio- 1569.  
 nis narratio, quæ sectæ huius naturam & ge-  
 nium viuis coloribus depingit; quanquam  
 verò Princeps Elector Maioristas, cum se  
 metu anathematis è stadio subduxissent, cle-  
 menter excepit, & perbenignè, eosque de-  
 inceps etiam in ditionibus suis tueri non de-  
 stitit; quod illis proditæ veritatis crimen  
 per calumniam intentari crederet; non po-  
 tuit impedire tamen, quin Flaciani eos im-  
 portunis clamoribus & conuitijs insectari  
 pergerent, & fugientibus, edito post terga  
 eorum clamore, velut in congressu supera-  
 tis petulanter insultarent. Neque vero pro  
 sua virulentia Maiorem scriptis publicis,  
 clamoribus ad populum, calumnijs, conui-  
 tijsque atrocibus persequi destiterunt, atque  
 insectari; donec ille vitæ certaminumque  
 pertæsus animam exhalaret.

Maiores cum  
 suis perpe-  
 tuis Flacia-  
 norum ca-  
 lumnijs  
 obnoxius.

Fatiscebat iam Maior, senio nimirum & Anno 1570.  
 perpetuis exagitationibus fractus, cum Al- Maior scri-  
 tenburgense colloquium in fumos, imo in ptum cudit  
 nouum & priore maius incendium exiret. de iustifi-  
 Itaque cum nullam instaurandæ concordæ catione sub  
 spem superesse videret, anno proximo 1570. Testamen-  
 scriptum quoddam germanicum in vulgus ti titulo,  
 emisit Testamenti titulo insignitum: in quo  
 doctrinam suam, de iustificatione, deque bo-  
 nis operibus imprimis repetiit, addita prote-  
 statione, quod sententiæ suæ contra Flacia-  
 nos non immorari modo, sed & immori de-

ANNO  
1570.

A Flacianis  
in officio-  
sum deno-  
minatur.

Obiit anno  
1574. Wit-  
tenbergæ.

cretum habeat: quod ut constaret publice hanc se, velut extremæ voluntatis declarationem in lucem, ait, referre voluisse. Cæterum Flaciani Testamentum hoc in officiosum nominant, scriptum dispensatione diuina; quasi Maior, nec in veteri, nec in nouo Testamento præsidij quicquam inuenerit ad stabiliendos errores, uti quidem iudicant isti, tertium hoc elumbe suum & putidum Testamentum fabricarit. Neque vero diu superuixit edito hoc scripto, sed breui conditum à se Testamentum è vita decedens morte confirmavit, Flacianis interim ad extremum vsque hostiliter vociferantibus; quorum inuidia nec post illius obitum conquieuit.

*Finis vitæ Georgij Maioris.*

VITA